



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicij Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 5. S. Stanislai Martyris, & S. Fridolini mortuos, ad ciuile iudicium è  
sepulchris vocantium historiæ, docentes, multò magis viuos posse à  
Sanctis ad diuinum iudicium citari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

*non frustra, ad Dei tribunal prouocasse.* 101

maledictio est praudentis diuinam de *Simone*  
*sententiam, & huius reprobationem aq[ue] eter-*  
*nam perditionem, non autem vindicta studen-*  
*tis, ait cum Beda Glossa ordinaria. Sic Pau-*  
*lus Principi sacerdotum Ananiæ dixit: *Act. 23. 23.**  
*Percutiet te Deus, paries dealbate. Vbi Apo-*  
*stolica auctoritate auctori percussione suæ*  
*interitum denunciauit: certè, vt Propheta,*  
*prædictus: etenim istud enenit, sic q[ue] defunctus*  
*est, ait S. Chrysostomus. Sic & alio tempore *S. Chrys.**  
*idem Paulus existimauit, Alexandro ærario *homil. 6.**  
*iniustitiam eius impunitam esse non debere,*  
*dixit enim: *Reddet illi Dominus secundum o-**  
*pera sua, multa siquidē mala Paulo ostendit *de lau-**  
*Alexander, postquam à fide defecit, & *E- dīb. S.**  
*uangelio valde restitit. Deniq; Sanctorum, *Pauli,**  
*pro Christo, occisorum animæ, nonne *2. Timoth.**  
*mabant voce magna, dicentes: *Visquequo, Do-**  
*mine (sanctus & verus) non iudicas, & non *Apoc. 6.**  
*vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habie-*  
*tant in terra?*

**S. V.**

*S. Stanislai martyris, & S. Fridolini morenos,*  
*ad ciuile iudicium, è sepulchris, vocantij historiæ*  
*docentes, multò magis viuos posse à*  
*Sanctis ad diuinum iudi-*  
*cium citari.*

102 Cap. IV. Multos sanctos, aliosq;

S. Thom.  
2. 2. q. 83.  
a 8 ad. 2.  
Breviar.  
Roman.  
2. Maij.

Eadem ratione, qua pro Verbo interfectorum animæ clamauerunt, possunt etiam clamare alij Martyres, ac Sancti, & diuinam vindictam iustissimè implorare, vt ex D. Thoma constat. S. Stanislaus Polonus Boleslaum graniter offenderat, quod illius notam libidinem publicè arguebat. Quare, inslenni regni conuentu, Stanislaum, per calumniam, in iudicium, coram se vocari curat, tanquam pagum occuparet, quem Ecclesia suæ nomine coemerat. Quod cum neq; tabulis probare posset, & testes veritatē dicere timerent, spondet Episcopus, se Petru pagi venditore, qui triennio ante obierat, intra dies tres, in iudicium adiutorum. Conditione cum risu accepta, vir Dei toto triduo ieunys & orationi incumbit: ipso sponsionis die, post oblatum Missæ sacrificium, Petrum, è sepulchro surgere iubet: qui statim rediuius Episcopum ad regium tribunal euntem sequitur, ibiq;, rege & ceteris stupore attonitis, de agro a se vendito, & pretio rite sibi ab Episcopo persoluto, testimonium dicit, atq; iterum in Domino obdorminit. Simile quid legimus de S. Fridolino Abate, Seckingæ ad Rhenum, monumentum habente, qui itidem è tumulo mortuum ad humerum tribunal euocauit, vt & innocentia, & calūnia

niæ indignitas testem, omni exceptione maiorem, haberet. Quod si igitur Sancti vel ipsos mortuos è sepulchris ad humanum audent tribunal euocare; cur non auderent viuos citare, easdem ob caussas, ad tribunal diuinum? nempe, vt aut se, aut sua, aut, quæ sunt Ecclesiæ, tuquantur?

§. V I.

S. Benno Episcopus iniuriosum Marchionem ad diuinū se sistere tribunal iubet; nec sine effectu.

Sua & Ecclesiæ bona defendit hac cito- Matthæ-  
us Rader.  
volumine  
3. Baua-  
S. pag.  
185.  
tatione Stanisla<sup>9</sup>, ac se ipsum quoq; à calum-  
nia. Idem fecit S. Benno Misnensis Ponti-  
fex, dum ad diuinum tribunal Dei, Mar-  
chionem iniuriosum, certo tempore præ-  
scripto, venire iussit. Rem totam ex bulla  
canonizationis Adriani Pontificis Hiero-  
nymus Emserus, atq; ex hoc Raderus, his  
verbis tradidit. *Marchio quidam Misnensis*  
*ad rem audiōr, cum per summum scelus in pos-*  
*sessionem bonorum Ecclesia Misnensis irruisset,*  
*Beatus Benno hominem recte facturum affir-*  
*mavit, si ea, qua ipsi Ecclesia Misnensi eripui-*  
*set, restituere; sin minus, Deum aliquando,*  
*pro tanta improbitate, pœnas ab eo expediturū.*

*Quibus verbis homo furens concitatus Sanctissi-*  
*mus virum alapa percusſit. Tunc Beatus*